

articulo, lib. 2. c. 7. ad fin. Eadem sunt observanda cum ex parte Sacerdotis est impedimentum, Joan. San. h.

54 Per interpretem verò minimè quis restringitur confiteri, ut præcepto Ecclesiastico satisfaciatur; sed in articulo mortis obligatur: nisi moralem certitudinem habuerit de sua contritione, ut proximè de confidente per scripturam dicebamus; de quo Dian. d. part. 2. tract. 4. resolut. 129. Banacin. sup. punct. 5. n. 5. Suar. disp. 36. sect. 6. à n. 3. Pat. Vazq. sup. art. 4. dub. 3. Corinth. de Penitent. disp. 5. sub. 10. num. 77. Valent. d. quest. 11. punct. 1. Circa quod est notandum, posse qui per interpretem confitentur, aliquibus peccatis in specie declaratis, de aliis, quæ sibi notabiliter infamiam asserere possent; sese in genere accusare, quis non teneret cum incommodo manifestandi hujusmodi crimina duobus ad Confessionis exactam integritatem. Ita Suar. Dian. Corinth. ubi proximè, Cardin. Lug. num. 63. Imo aliqui apud Dian. sentiunt, fat esse, quod accusatur tantum de venialibus in specie, & de lethali-bus in genere. Sed Card. Lug. opinatur, omnino teneri in articulo mortis ad confitendum per interpretem, quando aliter non potest, ne se periculo damnationis exponat; nam posset decipi; quamvis probabilem existimationem de sua contritione moriens habeat.

Ibi: Is verò qui loqui potest.

55 Hoc à nemine dubitatur, sed etsi quis ita oblivio-sus sit, ut probabiliter timeat, se non recordatu-rum tempore Confessionis omnium peccatorum, etiam exacto examine facto, non ideò obligatur ad scribenda sua peccata, quia præceptum non est de omnibus confitendis, sed de illis, qui in memo-riam venerint, conscientia, ut oportet examinata, Cardin. Lug. disp. 13. sect. 3. num. 41. vers. Dices, qui postea. Suar. d. disp. 36. sect. 5. n. 6. Henric. l. 4. c. 4. n. 8. Trullench. sup. dub. 2. nu. 9. Coan. ch. disp. 7. dub. 9. n. 71. Filiac. tract. 7. cap. 4. qu. 10. n. 115. licet contrarium aliquibus placeat, quos re-ferunt Henric. & Suar. quibus accedit Bonacin. d. sect. 2. punct. 5. in fine, ubi docet; tempore Con-fessionis necessariò esse peccata scribenda ei, qui alias ob memoriæ defectum omnia referre Sacerdo-ti non potest.

Ad Num. 7.

56 Cum quis aliud absque juramento extra judi-cium asserit, & aliud deinceps sibi contrarius judi-cialiter interrogatus deponit, judiciali depositioni Judicis arbitrio fides adhibetur, Menoch. de arbit. lib. 2. cap. 108. num. 22. Boër. quest. 108. num. 3. Menchac. usufrequent. c. 32. à num. 4. Fachin. co-troversiar. l. 9. cap. 85. vers. Aliis magis commu-niter, Roland. cons. 40. ex n. 2. l. 1. Viv. commun. tom. 1. l. 4. tit. 10. n. 34. Farinac. in praxi, qu. 66. à nu. 193. ubi plurimi, J. I. Clar. in praxi, §. fin. quest. 53. n. 11. Gail. observat. l. 1. observ. 104. n. 18. Boff. in prax. crim. tit. d. opposit. contra test. n. 3. Ant. Gab. commun. lib. 7. conc. 31. ex nu. 1. Aug. Barbof. in collectan. ad cap. literat. 14. n. 6. de præ-sumptionib. Cevall. commun. tom. 2. quest. 803. nu. 12. 21. Ratio est cum propter jurisjurandi Religio-nem, ac Judicis auctoritatem, nam quia assertiones extrajudiciales plerumque in gratiam amicorum proferuntur, multique profuse, & absque considera-tione extrajudicialiter loquuntur ad favorem Partis, qui in judicium adducti, cautiùs, & maturiùs deli-berant, atque veritatem dicunt, ut ex Felino in c.

cum in tua, in fine, vers. Item qui assertiones, de test. observat Pacian. de probat. l. 1. cap. 9. nu. 23. Vide infra, nu. 64.

Contra communem tamen sententiam Bartolum sequuntur, quos refert Fa. inac. nu. 194. Ant. Gab. sup. sentientes, nec priori extrajudiciali, nec poste-riori judiciali credendum esse. Prior sententia re-cepta in praxi, ac vera est.

Ibi: Nec ponitur hic falsi pena.

Adde Farinac. n. 85. Menoch. sup. cas. 312. n. 2. 58 Aug. Barbof. in collectan. ad c. fin. nobis. n. 4. de testib. Alban. in tract. statutor. part. 2. q. 147. Sed qua pena teneatur testis sic varius? videas apud Farinac. num. 87. cum seqq. ubi diversas sententias refert, veriusque videtur, nulla pena teneri, nisi ex suo mendacio aliquod detrimentum litiganti sequatur, ipseque dolose versatus sit: quo casu locum habet quod Farinac. docet nu. 87. scilicet hunc testem stellationatus reum esse, & ad damna, & expensas Patri obligati, C. vall. sup. num. 13. ubi quod puniri testis non potest.

Ibi: Posset sanè Bartoli sententia.

Si testis extrajudicialiter juratus quicquam affir-met, ac postea in judicio contrarium deponat, neu-trum testimonium vires habet, sique limitatur communiter conclusio tradita, sup. n. 56. Aretin. in cap. per tuas, n. 34. de testib. Conrad. in pract. tit. de testib. rubric. de contrariet. test. Menoch. dist. cas. 108. n. 23. Roland. sup. n. 10. Ferrat. caus. 13. Boër. Clar. ubi proximè, Farinac. num. 211. 214. ubi plures alii.

Sed iste propter hujusmodi contrarietatem penà 60 falsi puniri non poterit; solumque aliàs extra ordi-nem pro perjurio coercetur, ut resolvit Farinac. nu. 92. Menoch. d. cas. 312. de testib. lib. 2. part. 2. c. 4. n. 2. Quicquid fenderit alij apud Fa-rinac. n. 90. quoniam non constat falsum, apud Ju-dicem deposuisse, etsi pejeraverit.

Vers. Ex quo apud me satis dubia est.

Qui in judicio nullo testimonium tulit, ac po-stea coram legitimo Judice contrarium dicit, nul-lam fidem meretur, Menoch. d. cas. 108. num. 30. ubi rectè limitat, se prius absque juramento decla-raret, & hoc verius videtur; quanquam quod se-cundo dicto standum sit, communiter teneant DD. ut videre est apud Farinac. num. 155. ubi aliquos laudat. Ratio tamen, cui D. Covar. nicitur, pluri-mum urget, cui ægre poterit satisfieri. Quo quidem casu à pena falsi testis immunis erit ob prioris ju-dicii nullitatem, Farinac. nu. 71. cum seqq. maxime quando illam tempore depositionis agnovit, sed ob perjurium aliter punietur.

Vers. Est & aliud considerandum.

Adde Menoch. d. cas. 108. nu. 24. Cyriac. tom. 1. 62 controvers. 80. num. 20. Roland. sup. Farinac. num. 216. cum seqq. Cevall. num. 21. qui plurimos refe-runt, resolvers, primo dicto extrajudiciali ob ve-rosimilitudinem credendum, quod probatur ex cap. literat. 14. de presumptionibus.

Idem juris est, quando prius dictum, etiam non 63 juratum, vailatum subscriptione; aut sigillo dicen-tis; serid emanavit, quoniam tunc fides potius illi, quam secundo judiciali adhiberi debet Me-noch.

noch. num. 25. Cevall. nu. 21. Farinac. nu. 223. cum seqq.

Ibi: Imò arbitrio judicis.

64 Quoties qui judicialiter deponit contra id, quod extra judicium dixerat, ejus fides ob variationem juxta judicantis estimationem minuitur; Menoch. num. 27. Roland. n. 12. Cevall. nu. 10. 11. Cyriac. sup. num. 19. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præf. 29. n. 4. vers. Debilitatur tamen; Gab. d. l. 7. conc. 31. n. 8. Clar. ubi sup. Farinac. nu. 226. Ex quo notatur ex hujusmodi testimoniis non licere Judici senten-tiam ferre, reum tormentis submittere, aut jura-mentum suppletorium deferre; Farinac. ibidem, Ro-land. nu. 11. cum aliis, Bertraz. cons. crimin. 3. num. 9. 11. volum. 1. Cyriac. nu. 18.

Ibi: Quia prius testimonium judiciale.

65 Testimonio judiciali standum est, licet testis contrarium extrajudicialiter deinceps affirmet; nam jus Parti quesitum per legitimam depositionem, auferri nequit; maxime cum judicialis auctoritas, & juramenti vis priori dicto suffragentur, Farinac. cum plurimis, nu. 200. Menoch. num. 19. Clar. d. quest. 53. num. 12. Ant. Gab. sup. conc. 30. num. 1. Cevall. num. 14. Cyriac. tom. 2. controuv. 250. n. 17. Ant. Gab. de observat. 104. nu. 7. Simanc. de heret. tit. 64. rubric. de testib. n. 57. 58. Sed neque hoc ca-su penà falsi testem esse plectendum, scribit Farinac. n. 85. Præmissam conclusionem ampliant Fa-rinac. num. 203. Menoch. n. 20. Surd. decis. 326. nu. 50. Gratian. disceptat. forens. cap. 192. à nu. 9. quamvis testis expressim fateatur, se falso in judi-cio deposuisse, licet autem ex his prius testimo-nium non tollatur, minus fidei propter varietatem apud Judicem consequitur, Menoch. n. 21. Felin. in cap. cum in tua. n. 6. de testib. Ceval. n. 15. 16.

Ibi: Facit ad hæc quod Baldus.

66 Idem, quod nuper diximus, obtinet, quamvis in articulo mortis constitutus aliquis, aut, contra quod in judicio prædixerat, veniat, aut se falsum depo-suisse declaret, Menoch. n. 20. & de præsumpt. l. 5. præf. 5. n. 18. Cyriac. ubi proximè, Cavalcan. in pract. de testib. part. 3. n. 59. Ant. Gab. ubi proximè, n. 2. Pacian. sup. d. l. 1. cap. 53. n. 46. Gail. & Clar. ubi pro-ximè, Simanc. n. 56. Mascard. de probat. concl. 359. num. 102. Farinac. n. 204. 205. quoniam morienti in præjudicium Tertij credendum non est: Pacian. ibidem, ubi plura adducit exempla.

Ad Num. 8.

67 Assertio vulnerati in mortis articulo dicentis se à Casio percussum, non probat contra ipsum, imò nec in judicium sufficiens, ad torturam censetur; Ant. Gom. variar. l. 3. c. 13. n. 16. Men. de præsumpt. l. 1. q. 89. ex num. 77. Cyriac. d. controvers. 250. nu. 6. 7. Clar. d. §. fin. quest. 21. num. 14. & q. 52. nu. 5. Peguer. decis. 17. nu. 5. Mascard. sup. concl. 234. n. 10. & conc. 1129. cum seqq. Less. de just. & jur. l. 2. c. 29. num. 163. Plaça in epitom. delictor. l. 1. cap. 13. n. 15. Boër. qu. 90. n. 7. Joseph. Ludovic. decis. 60. Farinac. in prax. q. 46. n. 7. Fachin. contro-versiar. l. 9. cap. 9. licet contra sentiant aliqui, quos laudat Farinac. ubi proximè, n. 1.

68 Quod limitatur in crimine raptus, nam raptæ af-fertio operabitur, ut raptor torqueri possit. Ita docet post Carrer. & Afflictis Menoc. d. q. 89. n. 82. Farinac. d. ad Covar. Tom. 1.

Sed etsi præfata vulnerati declaratio per se judi-cium non sit sufficiens ad torquendum oneratum, inducit tamen qualem præsumptionem, quæ cum aliis indicis, etiam levibus efficiet, ut indicia-tus tormentis subjiciatur, Farinac. n. 17. Menoch. n. 81. Cyriac. n. 15. maxime in delictis occultis, Cyriac. dist. controuv. 80. nu. 3. Farinac. n. 33. Mastrill. de-cis. 232. num. 5. part. 3. Quod singulariter limitat Cyriac. dist. controvers. 80. in fine, quando moriens loqui non potest, ac per signa ostendit, à quo sibi vulnus illatum fuerit; nam de hoc curandum non est.

Ibi: Quod nemo in mortis periculo præsumatur immemor suæ salutis.

Adde Menoch. dist. præsumpt. 5. n. 2. Alciat. sup. 70 reg. 3. præf. num. 2. Farinac. num. 16. 113. Escobar de ratiocin. l. 1. c. 11. num. 30. At hæc præsumptio non attenditur ad Tertij præjudicium, Bart. in l. si quis in gravi. §. 1. ff. ad Syllaniam. Menoch. & Alciat. ubi proximè.

Ibi: Forsan sufficiens hinc deducitur indicium.

Is, à quo se vulneratum moriens affirmat, po-71 test in carcerem ex hac sola præsumptione detru-di. Idem est, si ante articulum mortis id asserat, si in sua declaratione usque ad ultimum vitæ spiritum persistat; Anton. cum aliis ubi proximè, Clar. quest. 21. num. 14. Farinac. nu. 18. Plaça nu. 15. Mascard. d. conc. 1129. nu. 23. Peguera nu. 6. Nam ad cap-turam non desiderantur indicia, sicut ad torturam, Pacian. d. l. 1. c. 73. n. 25. Bald. in leg. est certus, in princip. ff. ad Syllaniam.

Ibi: Si verò vulneratus.

Si vulneratur in extremis agens profiteatur, se à 72 Titio non fuisse enectum, hoc ei proderit, ne torqueri possit, etsi adsint legitima indicia; ex qui-bus aliàs veniret torquendus. Anton. Gom. nu. 17. Menochius cum pluribus, de præsumpt. lib. 1. quest. 90. à princip. & dist. præsumpt. 5. num. 15. Guazzin. de defens. reor. defens. 30. cap. 4. n. 23. eig. de cri-mine lese Majestatis, l. 2. tit. quomodo & per quos crim. les. Majest. prob. q. 26. n. 5. Plaça nu. 17. 18. Farinac. n. 104. Clar. d. q. 52. n. 8. alii, quidquid fen-derit Pacian. c. 38. n. 22. qui post nonnullis alia ad-minicula cum asseveratione vulnerati ad hunc ef-fectum desiderat. Vide infr. n. 74.

Quod ampliat Farinac. nu. 106. etiam in tacita 73 exculpatione; & nu. 108. post alios, quamvis de-functus dixisset prius, se à Titio percussum, ac ulti-mò eundem exculparer, adhuc epim torqueri ex legitimis indicis nequitur.

Ibi: Qui admonet non esse servandam.

Conclusio verò proxima limitatur, si adversus 74 exculpationem urgentissima indicia extant, ex qui-bus poterit, non obstante exculpatione, torqueri; Pacian. num. 24. Plaça nu. 17. Clar. sup. d. qu. 52. n. 6. Menoch. d. q. 90. in fine. Hoc tamen totum à judi-cantis arbitrio pendet, qui perpenis indicis, ac ex-culpationis qualitate, aestimabit, ac reus tormen-tis sit subjiciendus? ut notant Farinac. n. 118. Clar. d. n. 6. in fine. Pacian. n. 25. 26. illud observando, quod si cum exculpatione aliæ etià conjecturæ indiciantur, tunc-75 tur, non erit torquendus, quamvis plurimum ur-geant in contrarium indicia, Far. cum aliis, n. 117.

75 Secundo limitatur eadem conclusio, cum crimen plene probatum fuerit; nam exculpatio vulnerati reo non proderit: ut post alios observat Farinac. n. 110. Menoch. ubi proximè, n. 2. qui n. 3. ad finem, cum Bartolo in l. inter omnes. §. Recte, ff. de furt. docet, tales posse concurrere conjecturas cum exculpatione, ut reus possit absolvi.

Verf. Ex his tandem apparet.

76 Adde Cyriac. diff. controvers. 250. n. 19. 20. Cevall. n. 15. 16. Menoch. d. cas. 108. n. 28. Farin. sup. q. 66. ex n. 206. qui contrarias opiniones referens tandem D. Covarr. sequutus est.

Verf. Caterum si testis.

77 Testis, qui in eadem depositione inter se pugnantia, sive contraria responderit, credendum non est, l. 4. in fine, tit. 16. part. 3. Clar. d. q. 53. n. 15. Menoch. d. cas. 108. n. 2. Roland. cons. 72. n. 30. 31. l. 1. Menchac. usufrequent. l. 1. c. 33. n. 25. Mascard. conc. 1361. n. 2. 3. Brun. à Sole, in loc. legal. verb. testis: Farinac. d. q. 66. n. 23. Cevall. n. 14. Cyriac. n. 30. Noguierol. allegat. 25. n. 82.

78 Sufficit autem, quod contrarietas in una parte dicti contingat, ut totum vitietur, cap. pura 3. n. 9. facit cap. si ad scripturas 7. distinct. 9. Bern. Diaz. reg. 48. & ibi Salced. Clar. d. q. 53. n. 8. Bobadill. in Politic. tom. 2. l. 5. c. 2. n. 57. 58 Farinac. cum aliis n. 19. Noguier. allegat. 26. n. 76. nisi sit in omnino extrinsecis, & ad causam non spectantibus, in quibus contrarietas testimonio fidem non detrahit; Farinac. n. 28. de quo latissime Menoch. de presump. l. 5. pref. 32. per tot. Mascard. conc. 743.

79 Tunc contrarietas in testimonio reperitur, quando duo testis, asserit, quorum unum necessario falsum est, quia utrumque simul verum esse non potest; ita explicant communiter Interpretes, quorum plures refert Farinac. n. 5. Quo casu poena falsi deponenti irrogatur, Cevall. n. 14. 15. Farinac. latissime, à n. 56. Menoch. de presump. l. 5. presump. 13. n. 7. Clar. in prax. §. Falsum, n. 5. quod tamen multipliciter limitatur per Farin. & Menoch. qui concludunt, tunc testem hac poena teneri, quando dolo inexcusabili circa substantialia negotii falsum dixisse apparet. Poterit itidem propter contrarietatem torqueri, de quo Guazzin. sup. defenj. 19. cap. 2. per tot.

Verf. Secundo, si testis.

80 Testis in continenti dictum suum corrigere permittitur, eisque adhibetur fides, quæ ultimò deponerit, Menoch. decis. 108. n. 4. Sanch. de matrimo. l. 2. disp. 45. n. 6. Greg. Lop. in l. 5. glos. 2. tit. 16. part. 3. Cyriac. de controvers. 250. n. 32. Buccaron. de different. int. judic. civil. & crimin. different. 88. n. 7. & different. 98. n. 18. Boff. in praxi, tit. de publicat. proces. n. 28. Didac. Perez in l. 1. gloss. 13. tit. 4. l. 3. Ordinament. Ant. Gab. sup. conc. 27. n. 4. Rota de testib. in novis. decis. 19. in fine. Nell. de testib. n. 107. cons. Advertendum, tamen, Farinac. cum multis, n. 227. & seqq. ubi rem hanc fusillimè prout sibi moris est, per tres scim conclusiones elucidat. Et intervallo verò correctio permilla nō est, Far. ex pluribus, n. 228. nisi errore probato, ut inf. dicitur n. 85.

Ibi: Dicemus autem hanc correctionem statim fieri.

81 Adde Menoch. ubi proximè, n. 5. Ant. Gab. n. 5.

Alciat. de presump. reg. 1. pref. 29. n. 2. verf. Et dicitur in continenti. Mathesilan. sing. 71. verf. Et in quantum dicitur hic, Farinac. cum aliis, n. 229. ubi ait, dictum in continenti corrigi si testis se retractet antequam à conspectu Iudicis discedat; quod probat l. 30. verf. Mas si el testigo; tit. 16. p. 3.

Ibi: Idem erit quando testis.

Testimonium suum quis corrigere potest, quando diu Partibus colloquutus non fuerit, quia cessat subordinationis periculum d. l. 30. partite, ubi Greg. Lop. glos. 2. Menoch. ubi proximè: Clar. d. q. 53. n. 15. Farinac. n. 232. verum correctio admittenda non est, si testis sit loquutus personæ, per quam Pars de depositione testis possit certiorari, cura in effectu idem sit, ac si immediatè Parti sit colloquutus Farinac. n. 234. Ant. Gab. sup. n. 7. presumitur autem Partem elloquutus testis, si post triduum se retractaturus accedat, Farin. n. 238. Ant. Gab. n. 11. sed si testis fide, & autoritate polleat, ac juratus asseret, se cū Partibus; non esse loquutum, ei creditur: secus si persona ita idonea non sit, Farin. n. 235. cum seqq.

Ibi: Vel prius quam ipse subscripserit.

Testis antequam se suæ depositioni subscribat, 83 dictum suum corrigere non prohibetur, Farinac. n. 230. 231. Menoch. n. 5.

Ibi: Quod arbitrio Iudicis relinquendum est.

Utrum testis ad corrigendum, quod deposuerat, 84 sit admittendus? Iudicis arbitrio relinquitur, qui animadvertere debet; an verosimilis sit correctio; an testis potuerit Partem alloqui; talis sit persona, ut suspicari non possit, quod pecunia fuerit corruptus. Ita Menoch. num. 6. Alciat. diff. pref. 29. n. 2. Ant. Gab. conc. 27. n. 12. Farinac. cum aliis, n. 239.

Ibi: Sed etsi testis ostenderit se errasse.

Quamquam correctio testimonii ex intervallo rejiciatur, bene tamen admittitur, si testis legitime docuerit, se errore deceptum, mendacium in prima depositione dixisse, Menoch. num. 7. Alciat. num. 3. Farinac. num. 245. Cyriac. decis. 51. n. 2.

Ibi: In continenti verò revocatio permittitur.

Adde Menoch. n. 6. Ant. Gab. sup. n. 2. Farinac. 86 n. 240. qui num. 241. docet, quod etsi justus error noc sit necessariò probandus ad corrigendum in continenti testimonium, allegari tamen debet, ad quod etiam alios laudat.

Est ad præmissa addendum, non licere Notariis, 87 testes ad correctionem suarum depositionum admittere, sed Iudicis auctoritatem omninò intervenire debere; Grego. Lop. d. glos. 2. Præterea correctio post publicationem attestacionum non admittitur, Farinac. post alios, nu. 254. quoniam testis corruptus pecunià creditur, nisi is vir fuerit notæ fidei, & autoritatis; nam in causis modici præjudicii, quæ inter personas viles tractentur, poterit etiam, publicatis attestacionibus, se retractare, Farinac. n. 249.

Verf. Tertium est, quod majorem.

Licet testis, qui legitime in iudicio deposuit 88 contra suum dictum etiam judicialiter testificetur, primæ depositioni standum est, quia in illius potestate

state non est, tollere jus quæsitum ei, ad cuius favorem primò responderat; Farinac. num. 124. cum seqq. ubi multipliciter ampliat, & limitat: Menoch. d. cas. 108. à n. 9. Cevall. diff. q. 802. per tot. Guazz. d. defenj. 19. cap. 16. n. 1. Fachin. controvers. lib. 9. cap. 84. Menchac. sup. d. l. 1. cap. 32. nu. 2. Clar. de quest. 53. n. 15. Boër. decis. 81. Duennas, reg. 59. Guttier. cons. 35. n. 20. Vide infra, n. 91.

89 Sunt tamen nonnulli sentientes, nullam fidem hujusmodi testi esse adhibendam, quos refert Cevall. n. 1. cum seqq. Alciat. sup. reg. 2. pref. 29. n. 6. Menoch. num. 10. Ant. Gom. d. lib. cons. 29. nu. 1. Decius verò cons. 429. n. 37. singulariter tenuit secundum testimonium primo præferendum, & Fachin. sup. concludit hoc arbitrio Iudicis esse relinquendum.

90 Sed his opinionibus omissis, prima retenta, quæ vera est, communiterque recepta, venit limitanda, Primò, cum prius testimonium absque juramento emanavit, quia sequenti jurato credendum est, Farinac. n. 148. Secundò, si de falsitate prioris testimonii constiterit Iudici. Idem Farinac. num. 147. Tertio, quando ultimum est verosimilius, n. 151. Quarto, si testis prius deposuit in iudicio nullo, ac postea in valido, n. 156. Clar. nu. 13. Quintò, cum testimonium præcedens fuit coram Arbitro, sequens verò apud Iudicem, n. 162. Sexto, si per dubia verba antea prædixerat, ac postea verbis claris, & assertivis testificatur, n. 163. Clar. sup. n. 16. Crot. de testib. n. 343. Septimo, & ultimò, quando in diversa causa testimonium contrarium testis tulit; nam cum ex eo nullum jus, ei, qui in alio iudicio agit, quæsitum sit; cessat omninò ratio, cui conclusio innuitur, scilicet ne sit in potestate deponentis, jus, quod per suum testimonium alius acquisivit, auferre: quam limitationem admittit cum aliis, Ant. Gab. sup. n. 5. 19. quamvis Farinac. n. 35. Felin. & alios sequutus contra sentiat.

91 Circa quæ observandum est, quod quoties testimonium primum non prævalet, nec ultimo credendum est, quando testis ex variatione perjuris convincitur, cui nulla fides adhibenda est, argument. cap. testimonium 54. de testib. ubi notatur Menoch. de presump. l. 2. pref. 60. nu. 10. D. Covar. sup. hoc cap. n. 7. verf. Ex quo apud me. Præterea etiam si priori testimonio standum sit, ejus fides minuitur propter contrariam depositionem posteriorem, Farinac. n. 164. Cevall. n. 10. Clar. sup. d. n. 13. 15.

Ibi: Eum perjurum esse, & falsi reum.

92 Qui contraria, etiam in diversis depositionibus asserit in iudicio, perjurus est, ac falsi poena debet coerceri, Farinac. cum pluribus, n. 60. Clar. d. q. 53. n. 13. & d. §. Falsum, n. 5. Menoch. n. 9. Guttier. d. cons. 35. ex n. 17. Cevall. sup. n. 11. Cyriac. d. controvers. 250. n. 26.

Ibi: Quod autem Bartolus scripsit.

93 Testimonium ultimum in tormentis latum, potius est primo etiam judicial. extra torturam, Clar. d. q. 53. n. 15. Farinac. n. 165. cum seqq. Guazzin. d. defenj. 19. c. 16. n. 2. 8. Ant. Gab. l. 7. conc. 26. n. 1. Alciat. sup. pref. 29. in fine, Trentacinq. cons. 20. n. 18. l. 2. Menoch. num. 14. Cavalcan. de testib. part. 4. num. 148. De quo tamen vide Clar. numero 13. Farin. sup.

94 Quod si utrumque dictum fuerit in tormentis latum, cui credendum sit, controversum est, & verius est, primum potius esse, nisi secundum emanaverit per acerbiora tormenta, aut ex alia causa secundum Farinac. d. ad Covar. Tom. 1.

arbitrium judicantis præferendum videatur, de quo Farinac. à cap. 172. Guazzin. numero 7. 8. Clar. ubi proximè.

Ibi: Secus etenim dicendum est, ubi de se simal & aliis.

Quamquam communis sit hæc limitatio ad conclusionem traditam, sup. nu. 93. suos impugnatores habet, inter quos rectè Marfil. in l. 1. §. quæstioni: num. 1. verf. Vellem tamen, ff. de quæstionib. asserit, sibi non liquere rationem differentia, ob quam testi torto deponenti in causa aliena credatur adversus primum testimonium extra tormenta in iudicio latum; & secus sit, si in causa propria, vel communi eodem modo fateatur? Imò dicendum videbatur hoc casu magis præsumendum esse pro secunda depositione, quam in illo? nam extra tormenta facile quisquam mentiretur ut se ipsum exponeret; in cruciatibus verò veritas, etiam in proprium caput ledit extorqueri, ut experientia comperit um est; & ad hoc ferè semper de reis quæstio apud Iudices habetur. At de his consulas Farinac. ex nu. 181. Menoch. d. cas. 108. num. 15. Ant. Gab. ubi proximè, n. 4. Guazzin. à nu. 12. apud quos plurimi. Sed si verosimilitudo, sive conjecturæ secundo testimonio suffragentur, proculdubio Marfilii sententia est amplectenda, Farinac. num. 183. Vulpel. respons. 104. nu. 3. Guazzin. num. 14. verf. Vel possimus.

Ibi: Imò sententia Bartoli in d. l. eos.

Hæc limitatio ad eundem conclusionem difficilis 96 est admissa; plurimum enim regulam restringit, si solum ea in causis civilibus locum habere dicatur; estque contra communem DD. sententiam, qui etiam in criminalibus, aut indistinctè præfatam conclusionem approbant: quare limitationem rejiciunt Farinac. n. 184. cum seqq. Guazzin. num. 16. 19. quamvis contra sentiant Menoch. ubi proximè, & alii, quos præfati DD. recensent.

Præterea alias limitationes patitur prædicta conclusio. Prima est; si testis legitime tortus non est, quia dicto sic extorto non creditur contra primum; Farinac. num. 177. 180. ubi & alii, Guazzin. nu. 22. Menoch. nu. 14. Secunda, si prima depositio absque tormentis verosimilior iudici videatur, Farinac. n. 178. Menoch. num. 17. Guttier. cons. 35. num. 22. Guazzin. num. 10. Cavalcan. sup. nu. 150. 151. Tertia, quando assertio præcedens in mortis articulo emanavit, Guazzin. nu. 17. Ant. Gab. sup. nu. 11. Craver. cons. 6. nu. 51. Farinac. nu. 187. quia, ut hi ajunt, mortis angustia, ac metus damnationis æternæ non minus, imò magis premunt ad dicendam veritatem, quam tortura. Cæteras limitationes consulo omittimus, quæ examen, altiorémque indaginem postulant, quod instituto nostro non convenit de quibus per Farinac. & Guazzin.

Ad Num. 9.

In causa hæresis permittum est fidei favore, ut 98 testis ex intervallo, non probato errore, dictum suum corrigere valeat, modo correctio ad detegendum delictum tendat, quod prius celabatur, ut expressè in est in c. accusatus, §. Licet. de hæresic. in 6. & notatur per Farinac. n. 157. Simanc. de Catholic. institutionib. rubric. de testib. tit. 64. num. 56. Menoch. de cas. 108. num. 13. Rebuff. de reprob. testium, n. 143. verf. Fallit primò, Mascard. sup. conc. 857. n. 5. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 35. nu. 3. Cened. ad sext. Decretal. collect. 5. n. 2. Camil. Borrel. in summa decision.